



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

De decima Straubing & Ellenpach.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Altabensis, quam coram nobis fecit Conuentui in *Osterhouen* super jure quod ipsi *Osterhouen*. habebant in Ecclesia *Chassen*, tamen etiam propter voluntariam cessionem jam dicti P. clerici Conuentum in *Osterhouen* ab obseruatione huius³ iudicij sententialiter absoluius Ecclesiam in *Chassen* pleno jure tam in temporalibus quam spiritualibus adjudicantes eisdem ad quod faciendum id nos precipue induxit, qui per autenticum scriptum venerabilis in Christo fratris *Ludwici* Abbatis in *Alderspach Cisterciens.* ordinis, cui in iunxeramus ut priuilegia *Osterhouen* Ecclesie inspiceret nobis constitit Ecclesiam *Chassen* a felicitis memorie *Reinberto* quondam *Patau.* Episcopo, Conuentui *Osterhouen.* per Concambium fuisse traditam & postmodo a successore suo bonae memorie *Churado* ejusdem Ecclesie Episcopo confirmatam. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini M. CC. XXVIII. XIII. Kln. Iulij in Conuentui majoris Ecclesie in *Patauia.* Testes hujus rei sunt P. Abbas *Altabensis* & eius Monachi, *Vlr. Bohemus, Wilhalmus* Can. de *Osterhouen. Rudolfs* & *Traiboto* Can. *Patau. Chunr.* major plebanus³, *Eberhardus* de *Veubtenpach. Albertus* de *Poffenmünster R. de Lansdorf.* Clerici verò *Vlr.* plebanus de *Mundsing. Chunr.* Scolasticus, *Heinr.* Physicus de *Ebrv, Walchün* cognomine *Dyabolus. Hartlieb* notarius Episcopi. *Pilgrinus* de *Walchirchen, Richkerus* & *Heinr.* de *Pezenpach* de domo *S. Nicolai* Can. & alij quam plures.

De Mutain *Tekkendorf* & *Maedling.*

Vniuersis presentem paginam inspecturis. *Albertus* Comes de *Pogen* salutem. Vniuersitati vestre constare volumus & patere, quod nos fratribus in *Osterhouen* intuitu mercedis diuinae remittimus & indulgemus, jus quod habemus in rebus ipsorum, quæ deducuntur per comitatum nostrum siue in Danubio siue in *Ysara*, tam in viis, quam in portibus, tam in ascensu quam in descensu, ita quod nihil soluant officiatibus nostris. Et ut prædictis fratribus jus eis a nobis collatum saluum permaneat & perpetuum, presentem paginam munimine sigilli nostri roboramus, transgressoribus eam poenam infligentes, ut nobis vel ei ad quem jus nostrum deuoluitur quinque libras persoluant. Testes huius rei sunt. *Heinr.* de *Pholingen, Rudolfs* *Reubt, Godfridus* de *Schainbach, Albertus* de *Erlpach, Dietmarus* de *Podingen* & alij quam plures. Data Anno gratiæ Millef. CC. XXVIII.

De decima *Straubing* & *Ellenpach.*

Ludwicus Dei gratia Comes Palatinus *Reni* & Dux *Bavvaria.* Vniuersis Christi fidelibus salutem: Vniuersitati vestre volumus constare & patere, quod nos pro amore Dei Ecclesie sancte *Margareta* in *Osterhouen* contulimus perpetuo decimantes omnium reddituum nostrorum in *Straubing* & *Ellenpach.* Volumus etiam ut prædictæ decimationes non transeant in obligationem vel alienationem, sed prædictis fratribus ejusdem loci semper saluæ permaneant. Et ut ista donatio perpetua sit presens scriptum munimine sigilli nostri fecimus roborari. Data sunt hæc anno gratiæ Mill. CC. XXX. in *Ritenpurch.* Testes *Anshelmus* de *Iusting. Chunr.* & filius eius ejusdem nominis de *Hobenuelde, Pincerna, Leutoldus* de *Augia,* & filius eius, *Vricus* & *Ludwicus, Perchtoldus* *Pincerna* de *Oze,* & *Heinr.* notarius eius.

Possessiones à Dominis de *Horbach,* sunt sine aduocatia & omni exactione.

Vniuersis Christi fidelibus *Ludwicus* Dei gratia Comes Palatinus *Reni* Dux *Bavvaria* salutem. Contra falsam iniquorum assertionem & ne ipsa falsitas præjudicet